



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]  
actibus: oratione videlicet: ieunio [et] elemosyna**

**Guntherus <Parisiensis>**

**Basilee, 1507**

**VD16 G 4140**

Capitulu[m] secundum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30791**

## Liber duodecimus! Cap. iij

patione quā coact<sup>o</sup> suscepereaz  
deō volente absolut<sup>o</sup>: imbecilli  
tati mee vim facere temptabo:  
que tanta est ut ppter dolorē ca  
pitis et lingue defectuz/ verba  
inuenta notario vix possim ex  
primere. Faciam tamen vtcūqz  
potero: et incepro operi supmā  
manum conabor imponere: ne  
labor precedēs torus cedat in  
irritū/ si hoc opusculū qd exple  
tum forsan prodesse poterit im  
perfectū et mutilū relinquit.

## Capitulū secundum

**D**īmū ergo de ieunio  
videam<sup>o</sup>: videlicet qd  
illud sit: quot eius spe  
cies: qd cōueniat ieunāti: que  
sit ieuniorū vtilitas v̄ effect<sup>o</sup>.  
Jeunare (vt aiunt) abstinere  
est: ex quo ieunū .i. abstinentia  
tam sensu qz voce diriuat. Hu  
ius aut diuerse sūt spēs: quas  
breuiter per ordinem cōsidera  
re/nec plurimū difficultatē ha  
bet/nec minimū affert vtilita  
tis. ¶ Est em̄ ieunū spūale/et  
ieunū corporale. Jeunū spi  
rituale est/ ab omibz prauis vo  
luptatibz mentis et corporis hu  
militer abstinere. Jeunū vero  
corporis est/ a cibo et potu cor  
porali ob salutē anime rōnabi  
liter tempare. De ieunio spūa  
linil veri<sup>o</sup> dici posse puto qz q  
omni tempe ab omī homī ser  
uandū atqz tenēdū est. De cor  
porali aut ieunio fīm diuersas  
eius spēs certa pōt ordinari do

ctrina. Quedā em̄ ieunia sub  
lege viguerūt: illa videlicet q̄ p  
cepit moyses obseruari: vt pote  
ieunū primi/ ieunū quarti/  
ieunū septimi/ ieunū decimi  
et si qua sunt similia: q̄ quidem  
tēpe suo/sicut et cetere legales  
obseruantie et pdesse poterant  
et mereri. Nūc aut tpe reuelate  
ḡf: a iudeis obseruata/sicut et  
omnia q̄ ab infidelibz fiunt/nec  
deo placent/nec merent. Que  
aut ieunia tpe gratie in ecclīa  
recepta sunt: aut sunt catholi  
ce institutiōis: aut monastice re  
ligionis: aut spontanee deuo  
tioniis: aut necessarie correctio  
nis. ¶ Catholice institutionis  
sunt illa/ q̄ oibz q̄s etas v̄l egri  
tudo nō impedit obseruāda. A  
ponunt: veluti ieunium dñici  
aduentus/ v̄l q̄dragēsime/vel  
quattuor tempoz/ v̄l sc̄tāz vi  
giliarū. ¶ Monastice religiōis  
sunt illa/ q̄ a monachis vel cle  
ricis regularibz obseruant: quē  
admodū cisterciēses tota dimi  
dia parte anni in desinē ieun  
ian: reliqui aut monachi q̄ et  
nigri appellant: et clerici regu  
lares/ quas dā solennitates no  
uem aut duodecim lectionū ex  
cipiunt: in quibz relaxare ieun  
ium sibi dicūt esse cōcessum.  
¶ Spontanee deuotiōis est ille  
lud/qd q̄s nullo cogente/sz p  
pria voluntate letus assumit:  
velati ferias sextas vel omnes  
vel aliquas ieunare: vel in p  
peruum; id est quoad viuet: v̄l

## De ieunio:

ad tempus / velut ad triennium /  
vñ se pennis / aut decennium.  
¶ Necessarie correctionis illud  
est qđ p peccatis grauioribꝫ pe-  
nitenti iniungit: veluti quatuor  
quadragesime / singulis an-  
nis ieunande: quaz prima an-  
tē dñi nativitatē agi solet. Se-  
cunda an pascha. Tertia circa  
solsticiū estiuale. Quarta vero  
tempe autūnalis eqnoctiū. De  
quattuor quadragesime in me-  
moriā illarū obseruant: quarū  
duas moyses: tertiam helias:  
quartā h̄o saluator ieunavit.  
Ex quibꝫ due nouissime paucis  
simis note s̄unt: quippe quas fe-  
re null⁹ obseruat / nisi quis ex  
multa deuotiōe / aut in vindica-  
cam magni cuiuspiā sceleris/  
se illas obſuare / vel vltro spō  
deat / vol cogat. Relique autē  
due notiores sunt: altera ppter  
dñicāz nativitatē: altera ppter  
eiusdem dñi resurrectionē / q̄s  
pcedūt. Inter q̄s qm illa q̄ pa-  
scha pcedit famosior est: in ea  
de omibꝫ cantat ⁊ legit. Dicit  
Matib. 4. em de saluatore: qz cum ieu-  
nasset qdraginta diebꝫ ⁊ qdraginta  
noctibus / postea esurit.

Exo. 34. Dicit et de moyse: qz ieunavit  
qdraginta diebꝫ ⁊ qdraginta  
noctibus / vt legē dñi mereref ac  
cipere. Dicit etiam de helia: qz  
ambulauit in fortitudine cibi il-  
lius qdraginta diebꝫ ⁊ qdraginta  
noctibus usq; ad montem dei  
orb. ¶ Itē ieuniū aliud est ri-  
gide austoritatis; aliud medie

## folio. lviij.

qlitatis: aliud remisse lenitatis:  
Rigide austoritatis est illud qđ  
agit tm in pane ⁊ aq ⁊ crudis  
herbis. Medie qlitatis ē illud qđ  
agit in pane ⁊ vino vñ sūcera ⁊  
omni quadragesimali cibo. Re-  
missē lenitatis est qđ agit in la-  
ete ⁊ caseo ⁊ omni genere cibi p̄  
ter solā carnē: que nulli ieunā-  
ti cōceditur.

## Capitulum tertium

¶ Inueniunt autē ieunā-  
ti hec: mentis pstantia:  
corpis mundicia: spūa  
lis leticia: in vultu hilaritas: i  
verbis ⁊ factis maturitas: in ci-  
bo ⁊ potu sobrietas. Mentis  
constantia q̄ gule temptantis  
insidias conculcat ⁊ reprimat.  
Corpis mundicia: ne plus ie-  
unanti noceat libido ⁊ carnis  
impuritas q̄ p̄ sit ieuniū. Spi-  
ritualis leticia / q̄ iam de p̄mo  
future beatitudinis cert⁹ exul-  
tet ⁊ gaudeat. In vultu debet  
esse hilaritas: vt nō sit sicut hy-  
pocrite tristes: ne videat homi-  
nibꝫ ieunans / sed patri suo q̄ i  
celis est. In vobis ⁊ factis ma-  
turitas: ne is q̄ p̄ peccatis sua  
corpus affligit / aliquid scurrile/  
vel enorme / vel religioni cōtra-  
riū faciat aut loquac̄. In cibo  
⁊ potu sobrietas: ne aliquod mō fi-  
nes sobrietatis excedat. Sunt  
autē quinq; modi q̄bꝫ contra so-  
brietatem agi soler: videlicet ci-  
bum impatiens appetēdo: tem-  
pus p̄ueniendo; lauitiozeo; ci-

Matib. 6.